



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

V. De administratoribus & his qui preces criminales dictant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

pere festinat , dupli noxa constringitur , hoc est , proprij erroris , & alienę deceptionis . Sed inter hæc sciendum est quod magna distantia est inter legitimū Principem & seditiosum tyrannum , inter eum qui subvertere nititur Christianæ pacis tranquillitatem & illum qui armis contra iniquitatem certat defendere & exquitatem . De quo plurima sub lege vetere & sub novo testamento fortium virorum exempla inveniuntur , quæ possunt nos instruere quid de hujusmodi debeamus sentire .

*De administratoribus & his qui preces  
criminales dicunt.*

C A P . V .

Pccnit. Rhab.  
t. 16,  
De administratoribus autem , qui judicia secularia secundūm legem majorum suorum exercent , quid sacri canones sentiant , facile est invenire . Nam in decretis Innocentij Pape „ cap . xxi . ita legitur : Quæstum est etiam „ super his qui post baptismum administraverunt , aut tormenta sua exercuerunt , aut etiam „ protulerunt capitalem sententiam . De his nihil legimus à majoribus diffinitum . Meminerant enim à Deo potestates has esse concessas , & propter vindictam noxiorum gladium fuisse permisum , Dei ministrum datum esse in hujusmodi vindicem . Quemadmodum igitur reprehenderent factum quod auctore Deo vident esse concessum . De his ergo ita ut haec servatum est , sic habemus ; ne aut disciplinam evertere aut contra auctoritatem Domini venire videamur . Ipsi autem in ratione

reddenda gesta sua omnia servabuntur.

Item in eisdem decretis cap. xxv. scriptum Pœnit. Rhab.  
est quod qui preces criminales dictant, ha-  
beantur immunes: Illud etiam sciscitari volui-  
sti, an preces dictantibus liberum concedatur, utique post baptismi regenerationem, à Prin-  
cipibus poscere mortem alicujus, vel sanguinem de reatu. Quam rem Principes nunquam sine cognitione concedunt, sed ad judices com-  
missa ipsa vel crima semper remittunt, ut, causa cognita, judicentur. Quæ cùm quæsito-  
ri fuerint allegata, aut absolutio aut damnatio pro negotij qualitate profertur. Et, dum legum in improbos exercetur auctoritas, erit dictator immunis,

*De populi necessario commisso.*

C A P. VI.

De populi autem necessario commisso, quo- modo inultum soleat præteriri, idem Papa quibusdam Episcopis de Macedonia ad inter- rogata respondens, ita scribit dicens: Provi- deat ergo dilectio vestra hactenus talia transi- se, & advertite quod utique, ut dicitis, necel- sitas imperavit, in pace etiam Ecclesias con- stitutas non posse præsumere, sed, ut sæpe ac- cedit, quoties à populis aut à turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non po- test vindicari, multum solere transire. Priora ergo dimittenda dico Dei judicio, de reliquo maxima sollicitudine præcavendum. ] Non enim h̄ic, ut mihi videtur, iste doctor apostoli- licus dicit non necessarium esse populo pro

ibid.

" Decreta In-  
noc. I. c. 56.